



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Lectores

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Sententia stat Palas cum aliis: utraque
sententia rationes habet probabiles.
Nota obiter contra Palas voto de di-
cendo Rosarium satisfieri recitando al-
ternatim cum socio: imò & satisfacet
voto, si recitet facta notabili interru-
ptione in ipsis decem: item, qui vovit
aliquid aliquo modo indeterminate,
potest eligere id, quod minus est, quia
votum est interpretandum strictè. Item
qui vovit ieiunare toto mense v.g. Sep-
tembri non tenetur ieiunare Domini-
cis illius, nisi id expressè intenderit:
quia præsuntur se obligasse eo modo,
quo obligat Ecclesia, quæ in Domini-
cis non obligat. Ita Sanchez; item, qui
vovit ieiunare in vigilia alicuius Sancti,
cuius dies festus incidit in feria secunda,
potest Sabbato antecedente ieiunare, &
non tenetur ad ieiunium in die Domi-
nico. Et idem, si vovit ieiunare in die
Annunciationis B. M. Virginis, & inci-
dat in Dominica, dummodo aliud in v-
troque casu expressè non intenderit, in
dubio autem voluntatis, potest in Sab-
bato antecedente diem Annunciationis
ieiunare, aut etiam potest ieiunium
transferre in Feriam secundam, si die
Sabbati tenetur alio titulo ieiunare,
quia se universalis Ecclesie consuetu-
dini accommodare est iusta causa trans-
lationis: & hæc commutatio est in æ-
quale. Qui vovit tradere aliquid cer-
to pauperi, si hic designatus moriatur
ante adimpletionem voti, tenetur tra-
dere alteri pauperi, nisi aliter constet de
voluntate voventis: quia sic explicaretur
præceptum; si de hac restaret: &
quia hoc votum explicandum, sicut de-
garum alicui pauperi relictum, quod
soluendum est, etiam si fuerit mortuus
pauper designatus. Si quis vovit sex-
tis Feriis ieiunare; non tenetur ieiuna-
re in Natali Domini incidenti eo anno
in die Veneris, quidquid dicat in
contrarium Palas: vide
Iulien. parte 9. tr.
8. resol. 6.

L A I C I V S.

1 L aici seclusa necessitate non pos-
sunt tangere calicem, patenam,
& corporalia absq; culpa veniali. Sunt
enim multa iura, quæ talem contactum
prohibent. Verùm tamen quavis causa oc-
currente, nulla erit culpa. Sententia as-
serens adhuc sine causa, nullam esse cul-
pam probabilis est p. 10. tr. 11. res. 2.

L E C T O R E S.

1 L ectores secundum Lezanam c. Lectores
10 num. 32. comprehenduntur in non com-
Bullis Pontificis, ut contra illas delin-
quentes, lectura priventur, quoties di-
cunt, contravenientes privationem offi-
cium, graduum, & dignitatũ in curre-
re, qualis est Bulla Pii IV. de clausura, Cle-
ment. VIII. de largitione munerum, & variationis of-
ficialium, quia talia verba sunt amplissi-
ma, & sine ratione restringeretur. Et ad
quandam Bullam Sixti V. quæ contra
dignitatũ, rium declaravit, respondet, illam loqui
quoad illam constitutionem peculiarem,
non autem de ceteris, & id colligitur
verbis ibi positis, hæc in re, de qua nunc a-
gitur. Sed ego teneo cum Bonacina de
claus. p. 4. n. 6. nomine officii, gradus &
dignitatis veniæ solum gradus honorifi-
cos cum superioritate coniunctos,
qualem habent Generales, Provincia-
les, Priores, & c. p. 4. tr. 4. res. 22. 4.

2 Lectores non omnes excusantur
à ieiunio. Vide verb. Ieiunium, nu-
mero 26.

3 Lectores Regulares recitando sex, *Non om-
nes excu-
santur à
ieiunio.*
aut septem Psalmos assignandos à Præ-
bulo Apostolorum, satisfaciunt oneri *Sed Regu-
lariter ex-
concesso Ord. Theatinorum à Clem.
VII. apud Rodriq. comp. res. 20 n. 6. officio, si
recitant
certas psal-*

Cccc 3

EE. 102